



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1862

CV. Markgraf Ludwig der Römer vereignet auf Antrag der Bürger von Nymik in Frankfurt Altären in der Marien-Pfarrkirche einige Hebungen, am 23. Dezember 1354.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55756](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55756)

CV. Markgraf Ludwig der Römer verzeiget auf Antrag der Bürger von Nymik in Frankfurt Altären in der Marien-Pfarrkirche einige Gebungen, am 23. Dezember 1354.

In nomine domini amen. Ad vniuersorum tam presentium quam futurorum noticiam volumus peruenire, Quod nos Ludowicus Romanus etc. Ob honorem et reuerentiam omnipotentis dei, gloriose genitricis sue virginis marie et omnium sanctorum necnon ob iugem seu perhennem magnificorum principum marchionum brandenburgensium predecessorum nostrorum clare memorie, nostre, heredum et successorum nostrorum animarum memoriam, ad instantem requisitionem discretorum virorum Nycolai et Johannis de Nymek, fratrum, ciuium in vrankenford, fidelium nobis dilectorum, ac honeste matrone katherine, matris eorundem, dedimus, damus et sollempni donatione donamus proprietatem septem talentorum brandenburg. denariorum cum dimidio talento eorundem denarior. cum pleno Jure, sita in theloneo opidi nostri vrankenfurd Lebucentis dyocesis, in festo beati martini Episcopi singulis annis soluenda, altari beati petri apostoli et beate dorothee virginis de nouo fundando et locando in loco parrochialis ecclesie beate marie virginis ibidem in vrankenfurd, in quo quondam dilecti nostri militis heinrici de Lutzendorff et petri de Nymik nouiter defunctorum haberi debet memoria sempiterna. Renunciantes simpliciter quoad dictam proprietatem omni Juri, actioni et Impetitioni, quod vel que nostris heredibus et successoribus in premissis redditibus hactenus competebant aut competere possent aequaliter in futurum. Poterunt quoque predicti de Nymik, qui dictos redditus a nobis pro LXXXVIII^o marcis arg. brandenburg. emendo compararunt, et eorum heredes pro tempore quocienscunque fuerit oportunum, ad sepedictum altare personam ydoneam presentare. Presentibus Jo. de wantzfleuen, Grifko, bredowe, valko, Lutzendorff et mornerus cum ceteris. Datum Spandowe, anno LIII^o feria III. ante natiuitatem christi.

Item Confimilis de verbo ad verbum data est altari beati Georii et beate katherine etiam super VIII talentis ibidem sitis. Presentibus et Datum vt supra.

Nach dem Copialbuche des Markgrafen Ludwig des Römers über die Vogteien Frankfurt, Müncheberg, Fürstentwade und Beesfow No. 40.

CVI. Markgraf Ludwig der Römer verzeiget Einfünfte aus dem Zoll zu Frankfurt zu zwei andern Altären, am 12. März 1355.

In nomine domini amen. Ne ea, que geruntur in tempore, simul cum tempore elabantur, necesse est ipsa scripturarum memoria auctenticarum et fidei proborum virorum testimonio perhennari. Nos igitur Ludowicus romanus etc. ad vniuersorum tam presentium quam futurorum noticiam volumus deuenire, Quod ob honorem et reuerentiam omnipotentis dei, gloriose genitricis sue virginis marie et omnium sanctorum necnon ob iugem et perhennem magnificorum principum marchionum brandenburg. predecessorum nostrorum clare memorie, nostre, heredum et successorum